

155

Nobilissimo, Transfamissimoque viro  
D. Constantino Hugonio Eq. Tubingensi Dno &c.  
Caspar Barlaeus S. P. D.



Nobilissime Hugoni,  
cum non in castris, sed Haga te esse ex amicis accepimus,  
scribendi ad te officium non difficulter à me impetravi.  
nam et libris tuis respondere novisse habebam, et  
pro missis carminibus luculentas gratias dicere.  
Quomodo tibi in castris tam multa scribendi suppetat  
oportunitas, non capio. An classicis et tympanis  
excitaris ad carmina? et quae ferociam alijs suadent,  
tibi lenitatis, humanitatis, et tranquillae mentis  
obta impetrant? Est nota Physicus & Inergeticas  
nec minus tibi, cui turbae strepitusq. castrorum  
animum componunt, ut dum cingoris illis undiq. et  
pene obrudis, trusa in arcum ingenuissima mens,  
in suo volut conho, coldestis viribus, fortior exeat.  
Placuerunt, quae ad fraga Troica reposuisti. sed  
cavebo ego sedulo, ne illis perducas cum magno  
Imperatore PARS ULTRA. Nolo, ut illi, trajecere  
mare mediterraneum TESSERA, vel de novo orbe  
cogitare. ne vel illo mergetur Icarus, vel huius  
obtinendi spes excidam. Quae de clarissimo Cartesio  
scripsi liberrime familiarisq., atque tuis tenebris damnum  
cupio. Sane amo virum, videturq. summas ingenij  
dotes. Scribam aliquando tibi mitiora, et rationibus  
suis munita, ut credas me non temere scripsisse,  
quae scripsi. Perculit me non videtur fratris tui  
germani obitus. Non ita diu est, quod cum N. V.  
Visitorio ipsum invisidim, in divorticulo, quod ad  
latius Sylva habet amoenissimum. Sunt haec,  
mi Hugoni, rerum humanarum vias. praesentis  
et praeteriti tempora etiam extra scholas discimus.

Exemplis docemur mori, sed optimorum; quorum uti vita  
pro paradigmate fuit vivendi, ita et mors regula  
est, aliquando morituris. obiit cum fratre innocencia,  
candor, probitas, facilitas, et ceterum quodoso pietas  
bono. mortuus est plurimorum dolore, qui plurimos  
sibi officijs demerobatur. qui publico rōi protulit,  
publicis lacrymis offertur. desideramus in uno,  
qua sperari ab alijs vix possumus. Tu fratrem  
luges, ego tuo beneficio amicum. tuus à languine  
dolor est, meus à consuetudine. non irascor satis,  
quia consuluerunt bene merito. non querar de  
vita brevitate, qua bono vivi fuit longissima.  
Non opus hic praeficiis. sumus hoc singuli. qui  
demptum immoderatus dolent, nesciunt curare  
concessis. fides iuraverat Patria Patribus, sed  
ut illa tandem absolvet Pater omnium. Probavit  
se dominis suis obsequio, Tibi dilectione, amicis  
benivolentia. Singula haec vivendum solatia sunt,  
obstrepit luctui tot virtutum memoria, quae  
supersites reviviat, mortuum illustrat. Haec  
apud te reperire, prudentissime Vir, supervacuum  
puto, qui tibi es maximorum solatorum promus  
et condus. quare non monentis haec vovis sunt,  
sed condolentis; non docentis, quid te facere oporteat,  
sed quod facis. Loquendum mihi fuit in  
funde isto, quia Te tangit. equidem, tantum  
tui apud me momentum est, ut communibus  
tecum malis bonisq; afficiar usq;.

Vale Vir maximo et luctum doctrina, religione,  
et tot amicorum precibus subige et frange.  
Filiis meis vobis amicos saluta. Amstelod.  
v. de job. cxxxii.



Nobilissimo, Clarissimoq.  
Viro D. Constantino  
Hugonio Eq: Zulredmi  
Domino, etc

Hagom.